capitoli di questa pace (1). E furono questi: — « Che i veneziani lasciassero Candia non a termine fisso, ma tostochè avessero il tempo buono per imbarcarsi; al che stabilivansi dodici giorni di tempo

(1) Presso il Lunig, *Codex Italiae diplomaticus* (tom. II, part. II, sect. VI, num. XLIV) sono espressi cotesti patti colle parole del testo, nel modo seguente:

« I. Capitaneus generalis teneatur tradere in manus supremi Vezirii civitatem » Candiam, ut de ea absolute ad beneplacitum suum, tamquam de loco, imperio » magni Sultani subjecto, disponat; Venetique obstricti sunto, se intra dies duodecim Standiam versus conferre, si modo » tempus ad hoc conveniens erit, atque » copiae universae excedent ex Standia » intra spatium dierum XL, si tempus ad » hoc opportunum fuerit.

» II. Omnia munimenta, portus, insulae adjacentes et alia loca, quae sub ditione reipublicae in regno Candiae sunt, » eodem modo quo ante bellum, sub dominatione ejusdem fuerunt, porro manebunt: in quorum numero sunt, Suda, » Spinalonga, Carabusa et Tine: omnesque dependentiae Spinaelonghae a regno » Candiae separentur.

» III. Omnis res tormentaria et instructus, qui in loco erit, sub hac conditione illic in totum relinquetur, ut tamen » supremus Vizirus capitaneo generali XL » tormenta majora dono det.

» IV. Omnes insulae in Archipelago, » et aliae, quae ad ipsam rempublicam » pertinebunt, sub potestate ejusdem maneant eodem modo, quo ipsi antea bellum subjectae fuerunt; Fortalitiumque » Clissa et omnia quae Veneti eripuerunt Turcis in Dalmatia et in Albania, » absolutae summaeque potestati serenissimae reipublicae subditae relinquentur.

» V. Respublica contributiones graviores haud solvet, quam quas ratione » insularum in Archipelago et Graecia pendere consuevit; ratione Zante vero et » Cephaloniae et nil quicquam intuitu » commerciorum illorum solvet.

» VI. Neutra partium teneatur aliquid » pecuniarum sub praetextu compensationis cujusdam, impensarum, pensionum, » donorum, belli aut alterius cujuspiam tituli, quisquis is fuerit, conferre.

» VII. Supremus Vezirius concedet » omnino sufficiens temporis spatium capitaneo generali ad avehendum commeatum et instructum bellicum, abscedentque praesidiarii milites vexillis explicatis et cum omnibus suis impedimentis, permissumque esto omnibus urbis incolis, qui ibidem subsistere nolunt, » discedere cum universa eorundem familia et substantia; Integrumque esto capitaneo generali secum avehere omnes » reliquias sanctorum, sacra vasa et ecclesiarum ornamenta.

» VIII. Mittet serenissima Respublica » legatum quempiam Constantinopolim, » qui curet, ut ratihabeatur hic Tractatus, » et perfectius commercia stabiliantur ut » ea libera et sine impeditione ulla sunto, » prout ea ante bellum erant.

» IX. Libertati donentur omnes captivi et mancipia ambarum partium, statim » atque legatus serenissimae Reipublicae » Constantinopolim venerit.

» X. Omnes conventi superius articuli » fideliter et inviolabiliter adimpleantur, » et firmetur denique juramento inter partes utrasque pax aeterna et perpetuum » commercium. »